

ESTARIE

De P. P. P.

25



Acta Capituli Provincialis celebrati in Conventu nro S. Domini
 nici Vigiponensi die 11. Maij 1737. ~~non~~ censura no. 109, prout
 de iure est, submissa, recepimus, et non sine ingenti animi nri
 gaudio perlegimus. Illud ~~est~~ imprimi Nobis maxime latendum,
 quod post procellosam intestinorum motuum tempestatem, qua
 Provinciam vestram, tot viris doctrina, gravitate, ac Religione
 facundam, ab aliquanto jam tempore devastabat, modo, Deo
 favente, pax apparere dignata est, optimaque animarum concor-
 dia, quam non nisi in Christo consequimur, qui est pax nra,
 qui facit utraque unum. Hoc profecto animum nrum, paterno
 succursu semper intentum magna latitia exulit. Gratula ergo vo-
 bis de unanimi electione facta novi P. Provincialis, quam eo libentius
 confirmavimus, quo certius Nobis pollicemur electum exactam
 legum nrarum observandam in conventibus omnibus invigila-
 turum, ut Regularis disciplina, collapsa nimium superiorum
 indulgentia, pristino splendori restitatur. Hinc Provincialiter hortor
 R. A. P. Mag. Provinciam, ut si qui sint introducti abusu
 extirpet, excessum corrigat, deformata reformet, et Provinciam
 totam ad frugem uberrima fertilitatis adducat. Vosque etiam
 omnes obsecro per Nomen Domini Nostri Jesu Christi, ut salva
 veritate, iustitia, et pietate, in posterum ad ipsum dicatis omnes,
 et ut omnia, qua ad bonum regimen Provinciae, majusque
 Religionis decus spectant, ad unitatem revocentur; ut sit finis
 unus, et cor unum; ~~et~~ itaque omnes perfecti in eodem
 sensu, et in eadem sententia, ac fideliter unanimitati nexibus
 coherentes, omnia in profectum Religionis exerceatis.

At cum perfectio Religionis conformari, et dirigi debeat
 secundum regulam, sub qua professi sumus; ipsaque obser-
 vatio decretorum Capitulorum Generalium sit expeditior ad
 perfectiorem viam; hinc ut recte, debite, et secundum praefatas
 ordinationes procedatis, quaedam ~~est~~ circa ea, qua a vobis sancta
 intentione instauranda collapsa Regularis disciplina sancita
 sunt, animadvertere opportunum judicavimus. Primi quidem
 circa electionem Definitori Capituli Generalis a vobis factam,
 in memoriam revocamus, quod Venetis 1325. ordinat. 2. d.
 sancitum legitur, verba sunt: Cum illi, qui habent in Capitulis
Generalibus, et Provincialibus alios corrigere, debeant in ma-
turitate pollere, et discretionem rigere, volumus, et ordinamus,
quod in Capitulis fiant Definidores, Frater maturi, et aetate

Effi-
 mtem-
 suspi-
 da.
 ut n
 o mo-
 erat
 pug-
 ut pug-
 rabat;
 tore.
 viori
 lib. 1.
 bene
 re-
 ito
 vniro
 cap.
 ad
 est,
 o in
 viti
 ndu
 us
 exp-
 Ep-
 bu-
 o in-
 tum
 y mor
 selli-
 verit-
 An-
 ist
 fit
 lesi

retus, quod n significat deorum, sed magore convenimus, 1701

Handwritten notes on the right margin, including 'nri', 'sa', 'ca', 'n', 'ex', 'da', 'da', 'n', 'n', 'y', 'aba', 'spe', 'n', 'aucto', '008', 'am', 'clau', 'nde', 'con', 'es', 're', 'da', 'Bari', 'y', 'sta', 'St-', 'fun', 'n', 'y', 'an-', 'feg', 'n'

proveci, nec ad definitiones notabiliter juvenes eligantur
quibus Capitulum Generale solum eligendo declarat in
Definitiones viros aetate graves, discretos, morum probitate
et sapientia conspicuos, ex quibus verosimiliter praesumi
valeat, quod in illo amplissimo, laudabili, publicoque totius
Religionis coetu, correctioni, honestati, et reformationi Ordinis
operam dare possint efficacem.

Secundo sub titulo Declarationis leguntur quam plurimum
salubriter, ac fructuose a Capitulis Generalibus profectio
sanctionisque totius Ordinis Regimine statuta: quae sane
non sub hoc titulo proponenda erant: aut quia Declaratio
non cadit in rem claris, et super quibus fieri nequit
Disputatio; aut quia praecipue, quia etiam in eis aliquid esset
ambiguum, vestrum non est ea declarare, quae solum
per similem potestatem declarari valent.

Tertio laudare, ac approbare satis non possumus, quod
a Vobis ordinatum legitur circa immoderatum, et nimis
exquisitum Habitus Religiosi ornatum, cujus vanitas
et luxu spiritum Religionis extinguit; nec cum
Regulari observantia, ac paupertate cohaeret, aut cum
eo, quod status, et conditio Ordinis nostri postulat: a quibus
abstinere non merum Consilium, sed praecipuum pu
tandum est; quod tanta diligentia inculcant Capitula
Generalia, maxime Tolosanum 1328. Ordinatum. 4. his
verbis: Item volentes vitare notam, et scandala, quae
apud graves personas non immerito oriuntur ex immoderata
nata nostri Habitus qualitate, et quantitate: imponimus
Prioribus Provincialibus, quod ipsi in suis Provinciis,
Priores Conventuales in suis conventibus cum omnibus

Capituli Generalis Romae 1622, ut in suis
vitationibus diligenter serventur interiora Fra
trum vestimenta, sintne ex materia, vel cum for
ma more Ordinis congrua; caveatque sumptuose,
ne Religiosi saecularem vanitatem in vestibus
intendant;

Diligentia videant reducere Fratres, per praecipuum
si oportuerit, ut in Habitu nostri Ordinis nihil habeant
quod paupertatem nostram valeat deformare; quinimo
Fratres omnes compellantur portare Habitum in
vitate Capparum, et Caputionum, ac resecatione curial
tatum omnium, et superfluitatum, conformem
Ordinis instituti. Quare admonemus, et in Christi
visceribus R. A. S. M. Provinciales adhortamur
verbis



quinimo eidem dicitur precipimus, ut Frater omnes, qui immemores sua vocationis, humilitatis, ac paupertatis Religiosa, vanitati, ac gloria saeculi student, veli Magistri sint, severissime puniat, ne eorum exemplo, uti viam aperiant relaxationi, inde in ceteris Religiosis recurra, quo immodesto veritate Religionem derisunt, ex quo solus in ceteris Provincis, de quo Nos teste sumus, irruptionem post se trahunt.

* Legitimum ego tam natura, quam capitulum reformationem. exequi faciat: quod si qui minus contempnantes reperti fuerint, ipso facto a suis Officijs absoluti remaneant, et declarentur; nec usquam, donec paruerint, exire a domo permittantur.

Quarto, cum in meritum sanctae obedientiae et sub interminatione anathematis prohibemus Definitoribus Cap. Prae, ne praesudicium in suis Definitionibus audeant. generare auctoritatis Provincialium, ut expressè habetur Tit. 2. Cap. 8. S. H. Quod praesudicium accidit, quando Definitor aliquid contra Provincialium auctoritatem, quae eidem a sacri Conventuum concessa est, decernunt, vel illam limitant: hinc cum in multis jura Provincialium immunitatem legatur, hoc approbare minime possumus. Dicitur enim Ordinatio 2. quod nullus Frater sit vocalibus alicujus Conventus a Prae Provincialibus expressis, et in Priorem eligendus, qui prius in Concilio Prae Magistrorum, in Conventu S. Dominici Vlysiptensi commemorantium, ei non sit a Prae Provincialibus propositus, ut eligendus, et a majori parte eorum dignus iudicatus. Item in 3a legitur: Ordinamus, quod existente in nostro Conventu S. Dominici Vlysiptensi Prae, omnes electiones Priorum Conventuum non in Concilijs aliorum Conventuum extra civitatem Vlysiptensem, ut usque modo accidit, sed in Concilio Prae Magistrorum, et ceterorum Prae ad Concilium Prae de jure pertinentium preparantur confirmanda, vel annullanda. Insuper in 4a Ordinatio legitur: quod sicut in Capitulis Provincialibus, et Intermedijs Prioribus Provinciales de consilio, et consensu Prae Definitorum Fratribus assignationes praestant, eoque de uno Conventu in alios transmutant; ita extra Capitula Provincialia, et Intermedia assignationes nullatenus praestent Fratribus Prae dicantibus, Lectoribus, et Graduatis (nisi ad eorum petitionem), absque consilio, et consensu Prae Magistrorum, in Conventu S. Dominici Vlysiptensi commemorantium: cum consilio autem, et assensu concilij illius Conventus, cui visitando accesserint Prae Provinciales poterunt (si opus fuerit) supradictos Frates ex suo Conventibus in alios mittere, tantum in depositum,

diffi-
ntem-
suffi-
das.
ut n
o mo-
erat
pug-
rabat;
lore.
vion
lib. i.
hona
re-
ito
brimo
cap.
ad
est,
ei in
niti
india
stus
re-
Rpt
bu-
sum
rej mor
ubelli-
perij
An-
ajt
d fit
legis

rebus, quod n significat deo, sed magis concurrens, vob

legis

usque dum ad Convencum accedant Vlysiptonensem
et in concilium P. Magistrorum eos proponant, vel
suis Convencibus restituenda, vel in alios assignanda.
Præterea ordinat. 8.ª dicitur, quod nullus frater ad Co-
gium S. Thomæ à P. Provincialibus transmittatur
quin prius in concilio P. Magistrorum in Conven-
t. Domini congruentium sit examinatus, et à
majori parte eorum iudicatus. Donec. Hi certe or-
dines annuere minime possumus, cum Provinciales
sint secundum Constitutiones nostras in possessione juris
hæc omnia faciendi, à quo jure spoliandus minimè
est: licet enim de Magistrorum concilio plurima
gravia negotia sint expedienda, ac in pluribus Pro-
vinciis determinate debeat per aliorum rationem, et co-
ncilium, huic tamen non habet obtemperandi obligati-
onem; nec justum est, ut ex subditorum placito
pendeat Pro^{lu} jus, et potestas. Quare totum hoc in-
firmum, et inane declaramus.

Quinò, circa provisiones, mirandum venit, quod solus
pro Universitate Vlysiptonensi, et Universitate Portuensi
nominentur in Regentes studiorum R. A. S. M.
Fr. Emmanuel Digue, et Fr. Custodius à Lavaris,
pro Regali ^{autem} Collegio S. Thomæ institutus est Regens
R. S. Regens Fr. Franciscus à S. Rosa, et pro alijs
Universitatibus Eboraci, et de Bello hæcenus provisum
non est: super quo in memoriam revocamus, quod pro
Provincia Portugallia ordinatum est in Capitulo Gen-
rali 1686. num. 4. ^{hinc verbis:} Cum juxta laudabilem Provincia-
conventionem non soleant deputari in Generalium
studiorum Regentes, penes quos sine onere docendi
est omnis studiorum, et studentium directio, nisi
Theol. Magistri, quorum excellens vivas, et morum
gravitas longo annorum tractu comprobata est,
removentes, et remotum esse ac fore decernentes ab Officio
Regentis in studio nostro Generali Vlysiptonensi R. S.
Præsentatum Fr. Emmanuelem ab Ascensione

Reverende Pater

34

instituiamus pro dicto studio in Regentem Thom.

L. P. Fr. Augustinum à Sta. Rosa S. Theol. Magistrum

Quidem Capitulo Geni Romæ 1694 pro vestra Provincia

ordinatum est num. 5. Ordinamus, ut in Civitatibus,

ubi sunt publicæ Universitates nulli in Priores confir-

mentur, aut in Regentes instituantur, qui Magistri

non sint; ij vero sic confirmati, et inducti omnino

acceptare teneantur, sic institutionem Regentium in pra-

fatis Universitatibus juxta tenorem, et præscriptum

harum Ordinationum omnino fieri volumus, et exe-

cutioni mandari.

Secundo, cum nullus superior in Ordine possit ad

aliquid obligandum sub peccato mortali, et pena

excommunicationis late sententiæ ipso facto incurrende,

nisi ex gravi causa, et capaci tantæ obligationis,

sive per se, sive ratione circumstantiarum, quæ ra-

tionabilem sic imperandi causam inducant; mirum

nulli videri debet, quod approbare non possimus, quod

pro Collegio S. Thomæ sub formali præcepto, et pena

excommunicationis præcipitur omnibus Fratribus, cu-

juscumque sint qualitatis, et conditionis, ne Fratrem

aliquem in Collegio admittendum S. Rectori, vel PP.

Examinatoribus commendent. Enimvero bonum, ac

Regulare Ordinis regimen minime petit, ut injun-

gatur tam gravis pena pro eo, quod honestissime

fieri potest; et ex quo nullum grave, ac proxime

imminens incommodum Religioni provenire potest;

sufficiens quippe precium est in statutis præfati

rii Collegij, ut indigni non admittantur ab Exami-

natoribus; et quatenus quis sit, eorum conscientiam

hac in parte in diem judicij aggravamus. Quare ab

hac ordinatione abstinendum esse decernimus.

Septimo, pluribus in locis nonnulla præcipiuntur

sub pena deperditæ convenantialitatis, hoc genus poenæ

reperitur in Statutis, et in

7. Articulis

ajr

5 fit

lesio

diffi-
ntem-
tuffe-
da.
ut n-
ro mo-
erat
ppug-
et præ-
rabat;
tore.
oriori
r. lib. i.
pene-
t ne-
lito
brmino
id, cap.
ad
i est,
si in
niti
indid
re præ-
Rpt
a bu-
in in-
sum
rej mo-
uselli-
iperiij
7. Artic-
ajr
5 fit
lesio

reperitur, quod n. significat deperditæ, sed majori convenantialitatis

reperitur, quod n. significat deperditæ, sed majori convenantialitatis

[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

novum, atque inauditum est in ordine nro; nec in
saceris nris Constitutionibus, aut Ordinationibus Capituli
lorum Generalium hucusque simili poena injuncta
aut taxata legitur.

§. laudare ~~satis~~, et approbare ^{satis} non possumus ordi-
nationem factam de accurato examine, ac forma
diligentissime explorandi sufficientiam, idoneam, ac
habilitatem omnium quotquot ad nre Religionis
bitum precipue Clericalem venerint admittendi
at novum etiam, atque in toto ordine inauditum
quod ordinatur ~~Magistrorum~~ Novitiorum, ut in an-
corum approbatione in tribus speciebus Arithmetice
necessarijs ad rationia Communium examinentur
esque exerceant quodam, et quod nullus Frater
vitius ad professionem, nec professor ad studia, ne-
studens ad examen officij Predicatoris, et Confessoris
rit admittatur, quin prius circa tres species Arith-
metice necessarias ad officia Syndici, et Depositarii
adimplenda subeat examen, et approbationem obtineat
Hoc infra regulam est, nullamque conformitatem habet
cum sine precipuo Ordinis nri, et cum eis, de quibus
examini debent juxta dispositionem Con-
stitutionum nstrarum Tit. 1. cap. 13. de recipiendis
Litt. B. Insuper habemus ad illa verba, quod a
duobus fratribus a Concilio PP. Magistrorum Vni-
versitatis deputatis de predictis qualitatibus recipiendis
examinentur; cum loco citato text. 1. Frater, qui re-
cipiendus in moribus, et scientia diligenter examinare
debet, de communi Concilio Capituli sunt eligendi

Tandem sub titulo prolationis et acceptationis exponimus
duo dubia nostra declaratione resolvenda. Primum est, quod
cum conformiter ad nostras Constitutiones Minorum sancte



Resume Later.

28

quitionis sint assignati in Conventibus illorum locorum, in quibus sua exercent ministeria; Vicarij autem Monialium in Conventibus, quorum sunt filij, an quando Vicarij Monialium de sacramento in simul fuerint Ministri sancte Inquisitionis pro quo munere adimplendo in Conventu S. Dominici per majorem partem anni commorantur, assignatio per Constitutiones concessa Ministri sancte Inquisitionis in Conventu S. Dominici, pro suo munere adimplendo prevaleat assignationi prescripte Vicarij Monialium, ita ut Vicarij Monialium, in simul Ministri sancte Inquisitionis, et per majorem anni partem in Conventu S. Dominici Visigorense commorantes, in ipsomet Conventu S. Dominici sint assignati. Ad quod dicitur nihil in nostris Constitutionibus reperiri, quo ordinetur, ut asseritur, quod Ministri sancte Inquisitionis sint assignati in Conventibus illorum locorum, in quibus sua exercent ministeria, solum pro Inquisitoribus ordinatum est 1553. ordinat. 14. quod isti in Conventibus intra terminos sue Inquisitionis positi resident. Quod si speciali Privilegio Apostolice privilegio sancte Inquisitionis Tribunali concessis, aut auctoritate superiorum ordinis in tali residenti Conventu assignati sint; tunc remoti simpliciter intelliguntur, qui simul sunt Vicarij Monialium, sicut et alij Fratres Inquisitores, qui Vicarij non sunt, a Conventibus, quorum sunt filij, per assignationem quippe de uno ad alterum Conventum perfecte translati sunt. Secundo ponitur a Nobis, ut ad vitanda lites inter hujus Province Conventus solita evadere, dignetur explicare ordinationem illam Cap. Gen. 1650. Declar. 9. que dicitur: Assignationes Suppliciorum, Lectorum Philosophic et Theologie, Procuratorum Conventuum, et Monasteriorum non esse assignationes ad officia tantum, non debere intelligi de illis assignationibus illorum Regentium, Priorum, et Vicariorum, quia ad eorum officia in aliquo Conventu designati, in ipsomet assignati fuerant antea; nam in ipsomet Conventibus finitis suis officij adhuc remanent assignati. Hoc sane certissimum et apertissimum est; cum illi non ad tempus, sive ad

offi-
contem-
fuffi-
da.
ut n
ro mo-
erat
prop-
et pr-
rabat;
lore.
vion
v. lib. i.
hona
et ne-
vito
brmino
id. cap.
ad
est,
v. in
niti
india
re pr-
v. in
v. in
ref. mo-
velli-
operij
7. An-
ajt
v. fit
lesio

rebus, quod n significat deo, seu magore communitate

8

[Faint, mostly illegible handwritten text in a column on the left side of the page.]

exercitium, seu officium certo, et determinato tempore
ran destinati fuerint: unde completo illo certo, et determi-
to tempore officij, non absoluti à prima assignatione
intelliguntur; neque post completa officia ibi remanere
debent, donec revocetur antecedens assignatio.

